

77
71
bent. Venetę uero quę sensim eo usq; decedētē aque fluxum expectauerāt:
ut uident hostem remiges urgere dato signo: instructis cymbarū ordinibus
locis queq; suis: equestrem ex celeritate aciem putares: aduersus hostē ferū
tur. Factę propius ad sagittę iactum: fretę agilitate a frōte a tergo & a late-
ribus hostem laceffere missilibus: ut erat imperatum. Et primū quidem mi-
nores hostium naues: facili negotio pturbant implicantq; inscīentia locorū
neq; prelīo nauali aptas: nec celeritati hostiū pares. Magna ps refluēte estu
in sicco destituuntur: tum maiores quę p canalem uehebantur: eminus pe-
tunt: arcu: funda: scōrpione: earum remiges ferunt magna ex pte inermes:
Sed dū ad canalē reflexum ē uētum: ibi uero aspiceres: nec nauem: nec mi-
litem officium facere. Naues egre uerti flectiq; graues & plenę militum fer-
ri indirectum: neq; gubernacula exaudire: nōnullę in uada impingi. Miles
aut gallicus naualis pugne insuetus ut primū inter gerēdam rē: nutare sub
pedibus nauis cepit gradū sistere nō posse: sed trepidare ac cōturbari. Mul-
ti pręterea maritima nausea corripit: ad oē negociū inutiles. Clamoribus cō-
tentionibusq; misceri oīa. Alia ex pte instare uenetis & oīfariam missilibus
incessere. Ut uero uenetę naues maiores de supiore loco uident hostem ua-
dis implicitum: Classis pfectus nihil moratus: agite inqt milites: uicto-
ria: quā promissi in manibus uestris est. Vos qd' spopondistis nunc presta-
te: si modo uiri estis non mulieres. Ea quum dixisset signum dari iubet: su-
blatoq; nautico clamore uelis remisq; alacres omnes mouent secūda aqua:
quum gallus aduersa ferretur. Nitentem hostem flexum alium canalē cir-
cumagere inuadūt. Tum uero cōminus cōgressi saxis: telis ex altioribus p
pugnaculis hostem feriūt: nōnullas aut eorū naues iter pugnandū iniectis
ferreis harpagonibus sensim ad uada trahunt. Nonnullę accepta ex latere
aqua merguntur: aut in sicco destituuntur. Illa uero res uictoriā diutius
remorari nō est passa. Maximā siqdem ollarum multitudinē picis & calcis
super hostilium nauīū tabulata iaculantur. Quibus lubricatis nec gradū
sistere gallicus poterat: nec uirtute uti: uel ad tuendū: uel ad feriendū. Im-
peditus undiq; & neq; aīo: neq; corpe satis constans: tū uero iniquo nimīū
pugnari Marte cerneret uinctis diceret cum solutis rem eē. Profligata regia
classis: cedes ingens edita. Incertū maior ne aqua an ferro. Quū neq; aut i
uadis destituti possent explicare sese: & obnoxii paterent ad oēs ictus. Na-
ues pręterea quę in canalibus oppugnarētur uenetarū rostris ex trāsuerso i
cursantibus: aquā ex lateribus accipiūt mergunturq;. Canale in quo prelīū
cōmissum est orfani nomē in hunc usq; diem obtinuit ob ingētem numerū
occisorum. Certum testimonium eius pugne atq; uictorię. Fuere nonnulli
qui licentius huius uictorię gloria abusi: tradidere Pipinum ponte per pa-
ludes constrato suppositis ratibus: uasisq; ligneis in Riualtum traiecisse.
Venetos obseruato aquarum fluxu uento secundo imperum in pontem se